



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Monopolium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

MODERAMEN.

PRimò, quia sæpe sæpius de moderamine inculpatæ tutelæ fit mentio, circa defensionem personæ, & deservit pro capitulo, *si quis suadente*, 14. *quæst.* 4. ideo ad hoc, ut sciatur volui hic inferere quæ requirantur ad moderamen, & primò vide Boer. *decif.* 168. à *num.* 4. & *infra*, ubi ait tria requiri, Primò, modum; ut verba verbis, baculum baculo, ensem ense &c. Secundò, tempus ut statim, & non ex intervallo. Tertio causa, ut fit injuria talis, Gram. *decif.* 38.

Secundò, si in rixa interdum excedatur aliquantulum, non idcò videtur, quòd non possit dici etiam moderamen, juxta ea quæ dicit gloss. *in cap. significasti*, *in ver. 22. moderamine, de hom.* & Foller. *Pract. Crim.* 4. *par. num.* 2. & *in Fragmentis*, *c. de vi, num.* 57. & 58. & Sylvest. *in ver. excommunicatio, §. sciendum est*, 4. Navar. *cap.* 27. *num.* 82. *notab.* 15. Gom. *in cap. 1. num.* 54 *de constit. libro 6.* & gl. *in cap. olim, de restit. spol. in fine.* & hoc nota pro practica quotidiana, nam vidi clericos duos rixantes, quorum alter gladio vulneravit alterum in rixa, cum pauca sanguis effusione, & fuit judicatus casus Episcopalis à viris doctis, & piis, & adest ratio, prout Foller. *loco citato*, nam in rixa considerari potest moderamen, per regulam, quia primi motus non sunt in potestate nostra, & occupat ira animum, ne possit discernere verum; de hoc vide Anchar. *in c. dilecto, de sent. excomm. libro 6.* ubi latissimè de hac de-

fensione differit, vide *Afflic. in constit. Pacis cultum, in fin.* ubi ad moderamen ait requiri æqualitatem virtutum, & interdum ætatis, & instrumenti, nam plus valet pugnus fortis, quam ens debilis, & juvenis quam senis, baculi quam ensis.

MONOPOLIUM.

PRimò, monopolium, seu conventicula sunt illicita, & prohibita, *l. unic. C. de monopol. Abb. in cap. super quibusd. num.* 8. *de verb. signif.*

Secundò, monopolia in urbe fieri prohibuit Pius III. Bulla sua 15.

METUS.

PRimò metus reverentialis verborum, minarum, verberum, & hujusmodi est causa sufficiens ad rescissionem actus, *Abb. in c. causam matrimonii, de offic. deleg. Bar. in l. 1. §. qua oneranda ff. quarum retract. non datur, Afflic. acc.* 69. & Vinc. de Franch. *decif.* 119. *num.* 5. Bald. *in marg. Innoc. in ver. preces*, & *Innoc. in cap. petuio, de jurejur.* & *Abb. in c. cum virum, num.* 8. *de Regul.* & quid de persuasione dolosa, vide Dyn. *in c. scienti, nu.* 8. *de reg. jur. lib. 6.* ubi dicit persuasionem plus esse, quam violentam coactionem, & sic inducit rescissionem contractus, & habilitationem à juramento, ut patet vulgatis juribus.

Secundò, quando iste metus possit allegari à Regularibus ad rescissionem professionis, vide Navar. *in l. non dicatis, num.* 71. & *infra*, & *in cap. statumimus, 19. quæstio 3.*

Tertio